

seu constitutionum provincialium vel synodaliū ecclesiastico subiacere interdicto, nec non legatos delegatos conservatores et alios iudices auctoritate sedis apostolicae vel legatorum eius aut eorum subdelegatos seu episcopos Misnenses pro tempore existentes vel aliorum locorum ordinarios seu eorum officiales vel vicarios vel alios suis litteris dare in mandatis, quod excommunicatis vel interdictis aut suspensis in dicto opido existentibus missae et alia divina officia in eodem opido minime celebrentur et interdictum servetur etiam post ipsorum excommunicatorum expulsionem ab eodem, propter quae inibi diminuitur divinus cultus et Christi fidelibus ecclesiastica non ministrantur sacramenta eorumque exinde apud deum lentescit devotio et fervor caritatis tepescit in animarum praeiudicium et scandalum plurimorum. Quare pro parte magistrī civium consulum communis et parochianorum praedictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hoc oportune paterna diligentia curaremus. Nos igitur, qui divinum cultum augeri et animarum periculis obviare intensis desideriis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati praefatis magistro civium consulibus communi et parochianis, ut quam primum excommunicati interdicti vel suspensi praefati ab opido et villis praedictis recesserint aut expulsi fuerint, liceat clero eorundem opidi et villarum inibi missas et alia divina officia etiam alta voce publice ianuis apertis celebrare ac ecclesiastica sacramenta ministrare, dummodo ipsi clerus magister civium consules commune et parochiani causam non dederint interdicto nec id ipsis contigerit specialiter interdici et contra vel praeter eorum voluntatem excommunicati interdicti vel suspensi opidum intraverint antedictum, tenore praesentium de speciali gratia indulgemus, praedictis necnon apostolicis constitutionibus et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Florentiae VII Kal. Augusti pontificatus nostri anno secundo.

Registrata gratis.

A. Fidelis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an Fäden von rother, gelber und weisser Seide.

Eine fast gleichlautende Bulle erging an demselben Tage an Bürgermeister und Rath zu Leipzig. Cod. dipl. Saxon. II. 8 p. 85.

No. 163. [1419. 8. Dec.]

*Markgraf Wilhelm und Landgraf Friedrich zeigen dem Rathe an, dass sie die Vogtei Dresden dem Gebhard von Bebrach übertragen haben.*

Wilhelm vnde Friderich geuettern lantgrauen in Doringen vnde marcgrauen zcu Missin.

Libin getruwin. Alz ir vns vmbe Gebeharde von Bebrach geschrebin habt, alze habin wir ym die voitie daselbis zcu Dresden beuolen, vnde schriben ym, daz er der voitie warte vnde wol zcusehe, daran wir yn wol schuczzen wollin. Vnde begern, ab yn daran ymand hindern wolde, daz ir yn darczu schuczczet; daran tut ir vns zcu dangke. Gegeben zcu Wymar am sunabinde Conceptionis Mariae.

Dem rate zcu Dresden vnsern libin getruwen.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden.